



**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

Quomodo ad praxin reducenda sit Mortificatio, vt victoriam de potentijs ac
paßionibus nostris referamus. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

fusè spargunt: sic resonantibus undique
 Mariæ dulcissimis laudibus, ipsa velut
 incensissimus hortus benedictionis & fa-
 uoris sui in nos diffundat odorem; sic per-
 ficietur in nobis id, quod Patriarcha Isaac
 alio sine dixit. *Qui benedixerit te, benedictio-
 nibus repleatur.*

CAPVT VII.

*Quomodo ad praxin reducenda sit Mortifica-
 tio, vt victoriam de potentijs ac pas-
 sionibus nostris refera-
 mus.*

SI perpetua militia est vita hominis sa-
 per terram, vt Iob affirmat, ipsum ce-
 tē viuere nostrum nil aliud erit, quam
 militare perpetuū. Quod & Seneca Philo-
 sophus ad Lucilium scribens intellexit. *Vi-
 uere mi Lucili, inquit, militare est.* Neque al-
 lius finis in hac generali militia nobis pro-
 positus est, quam vt defendamus ciuitatē
 animæ nostræ ab insultibus & insidijs
 illorum capitalium inimicorum, qui assu-
 duè nos impugnant, mundi videlicet, car-
 nis & diaboli, efficiamusque vt legitimis
 Dominis, Deo & Rationi, suum constet
 sensus nostros, potentiasque imperium
 pacificè & absolute, compresso omni tu-
 multu, qui forsitan ab illis eieri posset. Inter
 arma autem, quorū aliquis vsus est in hac
 com-

omni militia, Mortificatio præcipuam tenet, quam Dominus noster à militibus suis sub titulo abnegationis & crucifixionis requirit, cū dicit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, &c.*

Matt. 16.

Operæ pretium igitur erit in hoc capite proponere conditiones huius militiæ, quæ adversus nos ipsos interuentu mortificationis suscipere debemus, vt intelligamus, quo modo etiã expugnata aliqua passio de nobis ipsis triumphū instituire possimus. Quoniam verò ex modo pugnandi, quæ milites communiter in militia observant, facile sumere & accipere possumus spiritualis nostræ militiæ formam & modum, quandoquidem, vt affirmat B. Iustianus: *Quod in corporati certamine, hoc in spirituali sæpius enenire contingit, multum proderit, si in specie consideremus modos, quibus ciuitas aliqua, aut alius locus munitus oppugnari solet, quorum vstiores sex esse video. Primò, obsidetur vrbis archissime. Secundò, frequentibus impressionibus inuaditur. Tertiò, diuertuntur vires aliò. Quartò, verberantur muri tormentis. Quintò, aguntur cuniculi. Sextò & vltimò omnis armorum, munitionum, aut commæatus facultas & copia impeditur,*

Laur. 10. in de conflict. interiori cap. 3.

ditur, ne quidquam horum vibi inferatur
vt hoc modo deficientibus viribus refi-
stendi, paulatim debilitentur obfessi, &
tandem sese dedere cogantur.

Eadem planè ratione licebit nobis in
hac nostra mortificationis militia, oppo-
gnando & expugnando castrum aliquod
nostratū passionum aut potèriarum, pro-
cedere ad similitudinem prædictorum les-
modorum. Exempli gratia, in mortifica-
one iræ.

Iuxta primum modum nos geremus
more obsidentium, restringendo videlicet
iram imperio & virationis tam arctè,
etiamsi data aliqua occasione prouocetur,
non possit erumpere, sed continere
debeat tamquam obfessa & arctè con-
ficta intra terminos rationis. Quod si hos
pugnæ genus, assiduo vsuteramus, effice-
mus, vt quemadmodum auicula cauta
inclusa, quamuis primò vehementer res-
stat, magnumque excitet strepitum, paula-
latim tamen assuefacta quiescit, ita vt al-
quando, apertâ cauâ id vel non aduertat,
vel si aduertat, euolare nolit: Sic ira licet
fræno compressa, initio perstrepat & con-
prensus turbare videatur, progressu tamen tem-
poris condocescit, seque ipsam intra ratio-
nis limites continet.

Hoc pugnandi genere vsus, credibile
est

DE MORTIFICAT.

93

magnum illum Ioannem, qui, vt de eo
arat Cassianus, cum in cremo veneran-
tum quendam senem Pesium nomine, a-
cum suum inuississet, quaesissetque ab
no, quem fructum his quadraginta annis,
bus se mutuo non viderant, fecisset; &
ater respondisset: *Numquam me vidit sol-*
uissent em. Subiunxit Abbas Ioannes: *Nec*
me iratum. Vbi obserua, non dixisse, *se non*
uisse iratum; sed *se non visum esse iratum:* vt
elligamus, quod licet interdum sense-
re aliquem motum iræ, refrænauerit ta-
men, atque ita obsidione presserit, vt nun-
quam signo aliquo, puta verbo aut gestu,
saras eruperit.

Secundo pugnandi genere mortifica-
ta & vincitur ira per modum inuasionis,
quando frequentibus mansuetudinis acti-
bus iræ contrarijs, omnis ille nimius ardor
retrahitur. Quia sicut omne simile per
sua simile cõseruatur, & per cõtrariũ cor-
ripitur, ira cõ vitium iræ per proprios suos
actus crebro iteratos, sit genitum & con-
seruatum; per contrarios item mansuetu-
dinis actus exterminandum & profligan-
dum erit. Et quia *amor & regnum nõ patien-*
ter consortem, vt inquit quidã Philosophus,
praesertim quando alter alteri est contra-
rius, ideo & virtus mansuetudinis, si in a-
nima nostra regnare coeperit, nõ patietur

D

iram

Cass. lib.

1. Instit.

cap. 27.

iram consortem, sed confestim eam tantamquam sibi aduersam eiiciet.

Tertio pugnandi genere, id est, auertendo vires aliò; expugnatur ira passio, diuertendo eius impetum aliorum, ut remus, ut quem ardorem contra alium hominem, eiusve res gestas conceperit, cum aduersus nos ipsos & propria nostra scelera euomat. Atque ita, magno nostro merito, utemur iisdem armis, quæ in alium usum conuersa, nobis, aliisque magnam minabantur ruinam. Et quemadmodum David, eodem gladio Philistæo caput abstulit, quo ille venerat contra se armatus, atque inde victoriam suam effecit multo illustriorem; ita nos impetu illo iræ, quem antea in alios conceperamus, ubi in propria malefacta irruerimus, multo facilius contra ferocem hunc Gigantem hostemque nostrum acerrimum triumphabimus.

Quarto pugnandi modo mortificatur ira, diuerberando murum carnis nostræ, quo anima nostra cincta est, disciplinis, ieiuniis, ciliciis, &c. hinc namque paulatim ira, viribus amissa, debilitatur. Habet enim hæc passio, ut & aliq. domicilium & nutrimentum in carne, qua debilitata, huiusmodique verberationibus fracta debilitabitur & frangetur quoque iræ impetus, promptiusque rationis imperium

DE MORTIFICAT. 75

...bit. Et hoc genere pugnae superavit
agnus ille Benedictus vehementem car-
...omotionem, qua infestabatur, quan-
...se nudum in vepres induit, corporis que
...plagis animae suae vulnera curavit, &
...doloris extinxit stimulum ardoris sen-
...sualis, quem sentiebat, de quo ita S. Gre-
...gorius: *Per cutis vulnera eduxit e corpore*

*S. Gregor.
lib. 2. Di-
alog. c. 2.*

voluntatis, quia voluntate traxit in dolore.
Quinto modo vincitur ira, iniecto per
...culos igne, id est, quando inflammata
...iori animae nostrae parte, interno spi-
...tus ardore, per frequentem orationem

Psal. 38

*(v. David faciebat cum diceret: In medita-
...mea exardescit ignis) statim etiam pars
...ferior sensus, cum passionibus & affecti-
...bus suis incipit languescere; quia, ubi abest*

*Iustinian.
li. de con-
silio post.
rrioric. 3.*

*libertas, inquit B. Laurentius Iustinianus,
...carnis dominatur perniciosa libido & pau-
...lo post: *Corruscante anima charitatis incendio,**

quomodo ab ea caligo voluptatis abigitur. Et
...quemadmodum mare plerumque movetur
...ad motum venti, quo afflatur, ita in nobis

...singulis quasi momentis, experimur secun-
...dum minorem, aut maiorem gradum affe-
...ctus nostri spiritus crescere, aut deficere vim
...vincendi & dominandi affectibus carnis.

Hinc de quibusdam Sanctis memoriae
...proditum est, eos, dum in superiori
...parte animae, ingenti spiritus dulcedine

D 2 inflam-

inflammati essent, factos esse in inferiori parte sensus, quasi sensus expertes, ut de S. Francisco, S. Catharina Senensi, aliisque multis historię testantur.

Sexto denique & ultimo modo mortificatur ac vincitur hæc passio, si vigilanter apponamus custodiam ad portas sensuum nostrorum, curemusque, ne submittantur ab aliqua re commotionis aut indignationis subsidia, quibus veluti commeatu nutriti, & in nos vires resumere ira solet. *Creatura enim Dei* (dicit Scriptura) *in odium facta sunt, & in tentationem animabus hominum.* Idcirco, sicuti concupiscencia nostra obiectu rerum iucundarum mouetur & accenditur, ita ira ab obiectis irritare consuetis fomenta & vires flammarum accipit. Vnde si hæc amoueantur obiecta, nutrimenta pariter tollantur, & vigor omnis euanescit. Quemadmodum enim fieri non potest, ut ciuitas illa diu defendatur, quæ commeatu inopia laborat: Sic deficientibus iræ fomentis & irritamentis, dedere se rationi cogitur, & istis quidem conditionibus, quas iusta & fortunata gubernatio animæ, statusque tranquillitas exigunt. Et quamuis à Cassiano verissimè sit scriptum: *Radices vitiorum potius excindi oportere quam fructum, qui procul dubio euulsis somitiis, ne-*

Cass. lib.
3. Instit.
cap. 19.

DE MORTIFICA T.

quam vterius pullulabunt: nihilominus
amen multum iuvat ad extirpandas etiã
radices, prædictis alijsque modis debilita-
re & infringere vires iræ, aliarumque pas-
sionum inordinatarum; hac enim ratione,
debilitatâ irâ, facilius erit eam ex animis
nostris radicitus euellere.

Quolibet ergo ex prædictis sex pugnã-
ti generibus, pluribusque alijs licebit, gra-
tia Dei adiuvante, decertare, non solum
aduersus iram, sed etiam aduersus quamli-
bet passionem & vehementiam potentia-
rum nostrarum, gloriosamque inde con-
sequi victoriam. Restat ergo, vt alacri a-
nimo ac debita cum prudentia & mode-
ratione, hæc arma tam salutifera arripia-
mus, & egegium hoc spirituales mili-
tæ studium prosequamur, istâ animi in-
ductione & magnitudine, qua David ge-
nerosus ille miles præditus erat, cum dice-
ret: *Persequar inimicos meos; & comprehen-
dam illos, non conuertar, donec deficiant.*

psal 17.

CAPVT VIII.

De quatuor exercitijs tamquam instrumentis
Mortificationis, Renunciationis, Abnegatio-
nis, Resignationis, & Indifferen-
tiæ, & primùm de Re-
nunciatione.